



Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

10. Christus in Bethlehem natus nunciatur ab Angelo pastoribus.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

MEDITATIO IX.

Christus in Bethlehem nascitur.

I. **E** Actum est autem, cum essent ibi, impleti sunt dies, ut pareret. *Luc. 2. Vers. 6.*

II. Et peperit filium suum primogenitum. *Luc. 2. v. 7.*

III. Et pannis eum involuit, & reclinauit eum in præsepio: quia non erat eis locus in diversorio. *Luc. 2. v. 7.*

MEDITATIO X.

Christus in Bethlehem natus nuntiatur ab Angelo pastoribus.

I. **E**T pastores erant in regione eadem, vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum. Et ecce Angelus Domini stetit juxta illos, & claritas Dei circumfulsit illos, & timuerunt timore magno. *Luc. 2. v. 8. & 9.*

II. Et dixit illis Angelus: Nolite timere: ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo; quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus

8 VITA CHRISTI

Dominus, in civitate David. Et hoc vobis signum: Invenietis infantem pannis involutum, & positum in præsepio. *Luc. 2. v. 10. 11. 12.*

III. Et subito facta est cum Angelo multitudo militiæ coelestis, laudantium Deum, & dicentium: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. *Luc. 2. v. 13. & 14.*

MEDITATIO XI.

De adventu pastorum in stabulum.

I. **E**T factum est, ut discesserunt ab eis Angeli in cœlum, pastores loquebantur ad invicem: Transeamus usque Bethlehem, & videamus hoc verbum, quod factum est, quod Dominus ostendit nobis. *Luc. 2. v. 15.*

II. Et venerunt festinantes: & invenerunt MARIAM, & IOSEPH, & infantem positum in præsepio. Videntes autem, cognoverunt de verbo, quod dictum erat illis de puero, hoc. *Luc. 2. v. 16. & 17.*

III. Et omnes, qui audierunt, mirati sunt de his, quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos. MARIA autem conservabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. *Luc. 2. v. 18. & 19.*

IV. Et